

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


**Carmina, Quibus Viro, Nobilissimo, Amplissimo,
Excellentissimo, Experientissimo Domino, Joh. Alberto
Sebizio, Medicinae Doctori Ac Professori Ordinario ...**

Sebisch, Johann Albert

Argentorati, 1685

"Qvi justorum hodie sebizius ultima sumit [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-135343](#)



Ui justorum hodie SEBIZIUS ultima sumit,
Lustra is per novem vixerat,
atq; decem
Vixerat & fuerat longissima
tempora vite;
Hoc rarum, simul, est, vivere,
& esse diu.

Vixit honoratus, gnatorum germina vidit,
Quò plures ipsum nunc decorant lacrumæ.
Crede mihi, extinctum est Medicorum nobile
lumen,
Lumen, quod multis profuit artis ope.
Et tamen extinctum radios dispergere perget
Per sua curarum commoda, Scripta puto.
Consumtus verè est, veluti consumitur ignis:
Non sortem sensit, non violenta necis.
Quod super est, laudes ejus sine fine virebunt,
Dum cubat in gremio, sicq; quiescit, Abra.

Johannes Adamus Zufner

Zufneregg ad Wurzenfels, Carinthius.

SI quod ullum esset medicamen ullis
Contra vim mortis Medicis in hortis;
Non hic in busto celebris jaceret
Arte Machaon.

SI Viri spectas senioris annos,
Esse non sanè nihil est necesse,
Quod queat (sed sit sine labe dictum!)
Ludere mortem.

Nunc eat, quicunque cupit senectam
Consequi multam, colat ista, quorum
Præmium vitam DEUS ordinavit;

Noxia vitet.

Georgius Andreas Zufner

Zufneregg ad Wurzenfels, Carinthius.

: (2) .

Deni-

DEnique tangoscopum, nunc occupo deniq;
portum!

Opræclaræ dies, quâ naœta est fabula finem
Scenæ prolixæ, quâ post tot vota resolvor
Hâc compage meâ, toties minitante ruinam.

Ne lacrymans adster, ne quis mea funera plan-
gar!

Sat, reor, hanc vixi vitam, vix tædia cavi.
Quantum deest seculo, quod grandis terminus ævi?
Quos non hâc ætate fuit subiisse necessum
Humanos casus? O multa, ô plurima vidi,
Quæ volui, quæ non volui. Num vita suprema
Vita mihi fuerat, non morte molestior? annon
Quod spatii poterant placidè requiescere membra
In gremio terræ, thalamô tumulata jacebant,
Spes juxtaq; moræ tractus seq; ipsa gravata?

Dum licuit, (licuitq; diu,) mea profuit artis
Vis multis; juvi calamô, juviq; medelâ.
Oreq; facundô. Dudum mea pensa peregi.

Sed Vir, qui mecum sociatam lampada geslit,
Et post me gestat, constante vigore perennet,
Filius ille meus, quem sic vidisse beatum,
Conspicuumq; meæ visa est pars optima sortis.
Per Te, qui fueras mihi deliciumq; decusq;;
Perq; Tuos Natos, & qui nascentur ab illis,
Per Vos perpetuò vivam, mea Pignora, quamvis
Ad mea luminibus clausis primordia cedam
Terræ, visurus nunquam, nunquamq; videndus.

Ultima quisq; alius capiat mea verba superstes;
Me quoq;, quod fuerant mortales, suntq;, fuisse:
Omnes, quemque suô, quod sum, fore tempore:
sed non

Id quod ego quondam fueram, quoscunq; futuros!

Sub persona Beati Nestri

cecinit

Ioannes Marxius,
Norib.

. finis.